N°. 3 reponce de mr. puzos a monsieur Sligting
Sur les mouvemens de la Matrice

Valde mirum videtur domino Sligting, doctori medico et chirurgo, membro academiæ naturæ curiosorum; sodali societatis litterariæ Nurembergiæ; socio que regiæ parisientis academiæ; quod ex tot ~~medicis~~ eruditis medicis tam novis quam veteribus, nullus de motu uteri quidquid veri dixisse vel scriptitasse videatur. ille tamen motus cognitu facilis, utilior adhuc est ad tractandos feliciter uteri morbos. inter hos, malum aut affectio hysterica, dolores ante, sub, et post partum, cruciatus immanes qui précedunt aut comitantur fluxum menstruum, solent quam plurimos excitare motus in utero, quos author designat per spasmum, convultionem et tenesmum; qui tenesmus precipue tantam refert similitudinem cum tenesmo vesicæ ani, intestinorum ut signa aut phænomena fere sint eadem.

rquera constrictio spasmodica, convultio, tenesmus; omnes que morbi, in quibus nervi, membranæ, musculi irritantur; periodicæ partes cruciant, intendunt; momento post dolor imminuitur, laxat, cessat, fit que per vices doloris ac tranquillitatis iteratio, donec per anum foeces, per vesicam urina, per uterum inibi contenta ejiciantur: denique ait author, ut non morentur eruditi multis ambagibus super motum uteri tam diversé disceptatum, potest ille motus percipi seu manibus seu digitis pro vario casu.

Verbi gratiâ si malo hysterico gravi mulier sit laborata, nunc sursum, nunc deorsum, nunc ad hoc illud ve latus, corpus uteri perambulat, aut potius testa manu convulsive ruit.

Sententiâ domini Sligting nobis videtur motum uteri solum modo excitari posse, cruciatibus variis, convultionibus

Malo Hysterico, Spasmo, tenesmo, denique Solâ morbi Causâ; Consequenter author, Motus Naturales in hac parte Excludere Videtur.

antequam observationes authoris extranei theoriae ac praxi relativas pervolvamus, dicendum Nobis aliquid de motibus uteri, uti Commitiis publicis Academiae parisientis Chirurgorum, iam dice fuit auditu Notum in dissertatione domini puzos, antiquo Obstétricatore, ~~membro~~, et Novo Moderatore eiusdem Academiae.

unus et idem Sensus authorum Amborum; Scilicet ~~et~~ percipe~~atur~~ facile et sensibiliter motus diversos in utero, sed docet Moderator esse dignoscendum, qui Nam Sint Motus Naturales, quinam Morbifici aut Non Naturales in partibus insuper designatis. in his vero peraguntur motus, Secundum leges naturae, ~~Motus~~ quorum uni insensiles, alii Sensibiles: primi dicuntur passivi, et fere eodem modo Sese habent in utero, ~~ac~~ in Vesicâ: in utero, dum puer, incipiente formâ, auget paulatim crescit gradatim, et crescendo Cogit uterum dilatationi, formae foetûs respondenti: in Vesicâ dum liquor inclusa et aucta ~~per~~ momentum, ducit partem hanc Extentioni pro ratâ liquoris quantitaté: at Cessante passivo Motu Causâ graviditatis maturae in utero, ponderis que liquidi in vesicâ, incipit Motus activus, Contractivus, cuius Viribus ~~partes~~ Contenta Corpora foras ejiciuntur. certe Motus Ambo Naturales, nec Convulsivi, Nec Spasmodici possunt denominari: Si primus insensibiliter perficitur, alter Sensibili modo, absque Succussibus Convulsivis percipitur. id Notum Manet obstetricibus, dum Manus, ad Extractionem placentae adherentis, laborat~~es~~ intro ~~uterum~~, Cogitur Sape Contractionibus uteri fortiter resistendo ~~maximam opponere resistentiam~~. ~~et aliquando~~ Se récédere lassata ut vires in eam recipiantur.

clarius hunc mécanismum explicuit d. puzos in dissertatione datâ iam a novem annis cujus titulus

Explicatio puncti determinantis partum, seu causæ essentialis ipsius: Explanatio motuum uteri, auxiliorumque partium vicinarum, ad hanc operationem opportunius peragendam —

Cum authoris nostri dissertatio nundum fuit typis mandata, certo non suspicandus dominus Scligting, quod proxime accederit sententiæ moderatoris academiæ chirurgicæ parisiensis sive de motibus, ~~uteri~~, sive de comparatione morborum uteri, vesicæ, ani, tenesmo obnoxiorum, dequibus sic nostras publice loquutus est anno 1739 sub titulo

parallela morborum vesicæ, uteri, et ani, ratione similitudinis fonctionum in statu valetudinis

in secunda hac observatione nostrates, agebatur precipue de vi contractiva partium elasticarum ad expellendum ~~qua~~ [quod]cumque corpus in eas contentum ~~verbi gratia in statu valetudinis~~ uti quotidie sese habet propriis vesicæ, utero, et ani viribus: fere eodem modo expelluntur [inclusæ] materiæ ~~contentæ~~ in statu morbifico: verbigratia in dissuria, ~~tenesmo vesicæ, in dissenteria~~ in dissenteria, in colicis, ratione cujuslibet evacuationis difficillime deficientis tenesmo vesicæ ani et matricis.

quamvis academici parisiensis dissertatio sit auditu remotior quam novum opus domini Scligting; conformitas amborum in explananda materiâ hucusque obscure tractata; proximitas opinionum, ardor eadem in detegendis naturæ nostræ fonctionibus non reddet nos immemores erga nostrum extraneum quod tam

tam eruditè rem praxi utilissimam dilucidaverit. id clare conspicitur in suis observationibus quarum nunc sermo labores.
Non minus debetur suâ erga nos benevolentiâ quod novas in Aneurismo nobis promiserit observationes: quodque tempus, curis aegrotantium, officiis variarum Academiarum accuratè deditum, nobis concesserit.

ut lucide ~~comparationem sententiarum~~ judicium feratur in sententiam ambonum, pauca dicamus de vera Nostratis opinione. distinxit in prima sua observatione motus naturales uteri, de motibus non naturalibus aut morbificis. demonstravit insuper, dolores ante, sub, et post partum nullo modo pendere de motibus uteri ad foetum expellendum; si motus sit, per se, non cruciantur, quamvis fetus cum ~~mutuum~~ auxilio viam incedat sed effectu aut reactione motuum sub materias contentas nascitur dolor: idem cogitavit de colicis praevenitis aut fluxum menstruum, concitantibus

Non dolor accingitur aut persentitur motu dilatationis in gravidis, non, in congerie sanguinis menstrui: non amplius percipitur in motu contractionis ut sanguis per mentes periodicas ejiciatur, si liquor praedictis qualitatibus vasa convenientia percurrat. ~~Si~~ contra vero, ~~ut~~ si spissior sanguis quibusdam mulieribus evenit, ~~spissior sanguis~~ difficillime trajiciat vasa uterina si ea distendat, nervi que ~~partes~~ visceris comprimentur. certiori sanguinis incestu tormenta, colicae, convulsiones, tenesmi eveniunt ~~illegitima~~ causâ irritationis, succussionis aut flogosis illegitimâ in quâ cumque parte superius denominatâ.

Sed hic non locus disputandi cum amantissimo socio, nobis potius mirandum, sagacitatem ingenii in perscrutanda naturae oeconomia, dilucidandis partium organicarum motibus, subjiciendis que morbis, imperio ratiocinationis, ac utilissima remediorum dispensatione

2. in p[ri]o Observatione domini Seligting agitur de muliere quae per plures annos quaestum ~~ex~~ Ventre quaesierat et quae forsitan prostituta Millies, Morbum Hydrargiro devolutum in utero conservabat. in paroxismo dolorum, et per evacuationes Sanguinis irregulares; Motus et Succussus uteri, attenta Manu Videbantur enormes, ita ut Uterus ipse, Supra os pubis, non nunquam ad ossa ilia, interdum paulo infra umbilicum Convulsive Se Extollebat.

dubitamus uterum in Motibus Convulsivis tam alté reperturum, Sin Squirrhosum, aut phlogosi Volumine insigniter Exlutum: in statu Naturali, Vix extra pelvem vertex globosus aut fondus uteri persentitur; tertio generalis omnium partium in abdomine Contentarum, tumultuoso cursu Spirituum in Nervo intercostali, Globulum Vagantem huc et illuc facile representat Si manus tantum abdomini applicetur. Sed si ambo digiti manus unius intro Vaginam ducti, altera Manus Sub regionem Hypogastricam Sedule applicata, ad investigationem matricis Se Se ferant, certe ea reperietur in Mediam pelvis partem et Vix fondus Solius Supra os pubis invenietur. Haec perquisitio tanto facilius Succedit, quanto Marasmus, febris lenta, fluxus immodicus et habitualis aegram tenent.

quamvis primi Medici incassum laboravissent, et morbus lapsu temporis deterior, ~~cum illud~~ ~~et~~ Spem curandi levem ultimo Medico praeberet; tamen incertus verâ cognitione morbi, faustâ que experientiâ, Suscipit aegrotantem dominus Seligting.

- ad placandos Cruciatus, Moderandum Sanguinis fluxum, leniendos uteri Succussus, prescripsit author, varia Anodina, Successive Corticem peruviani, regimen frigidusculum; eorum usu dolores, fluxus immodici, Convulsiones, spasmus fuerunt placati. Sed Aegra remediis pertaesa, non curata fuit funditus, tamen ait

authori ~~per~~ post certum temporis spatium in pristinam valetudinem restituta fuit.

quod spectat secundam observationem, plus miramur brevitatem curationis quam mente concipimus. nox una pellit symptomata, quae spatio trimestris, emmenagoga, fotus calidi, sectio saphoenae aliaque remedia lenire non potuerant: revera, usu moderato opii ad modum authoris preparati, phlebotomiae brachii, fotus calidi, corticis peruviani symptomata fuerunt eradicata, aegraque convulsionibus laborata, febre anomala, fluxu sanguinis immodico, mulier hectica, omnibus que viribus exhausta pristinam valetudinem recuperavit.

in 3ª observatione agitur de uxore nautae quae gravidam se dederat per sex menses et amplius, turgescentiâ mammarum ampliore ventris volumine, percepto motu in utero, nauseâ vomitu, omnibus que signis graviditatis, excepto sanguinis menstrualis fluxu, quem mulier alternos menses ejiciebat. cum subito facta gravida, enormi hemorrhagiâ deprehensa fuit quae hemorragia ventrem vacuum, mollem et in naturale volumen reduxit. sane mulier, partum falsum aut hydropem aquosum ejisse crediditset, sin iidem motus uteri, eademque symptomata graviditatis persistisset ut antea: in tali dubio obstetrices accersitae affirmarent mulieram permansisse gravidam ob motus uteri quos eae referebant incluso fetui: sed dominus Seligting edoctus signis falsis, faetu certior factus, omnia ~~sympthomata~~ sympthomata retulit ad morbum hystericum: feliciter curis suis fuit commissa mulier et praedictis remediis fuit funditus restituta; has venerandi authoris, ~~observationes~~ socii academiae chirurgorum parisientis, observationes probant esse motus uteri non naturales, sicuti succussus irritatione, convulsiones plethoriâ, spasmos passione hysterica, tenesmos evacuatione difficiliori; quae sympthomata

possunt ~~Curari~~ Cuniri Curarique radiciter per usum remediorum superius praedictorum et ad Modum authoris praeparatorum.

Concedimus adhuc aeque iudicio domini Schligting, erudite Comparavisse dolores falsi partus, Cum tenesmo Vesicae et Ani; et eos Cruciatus proxime Sequentes verum partum et Expulsionem placentae, quibus Non Nullae Mulieres per duos, tres vel quatuor dies Sunt obnoxiae: Sed Negamus dolores graduatos laboris partus Veri, esse persimiles tenesmo, vesicae et Ani. Hi dolores qui Nec Convulsivi nec Spasmodici dici possunt, pendent ab effectu Motuum Naturalium, Verbi gratia Contractionis uteri, et reactionis Corporum Contentorum in orificium matricis, ita ut Contractio fundi et partium lateralium et reactio Corporum per Vices, Circulum orificii dilatare Conentur. denique Aequalitas motuum Naturalium uteri, gradatio itineris Successiva, et partus ad finem feliciter ductus, demonstrant Visibiliter motus uteri Naturales in vero partu, Nullo modo esse referendos Cum Motibus eiusdem partis Convulsivè et Causâ Morbificâ peractis.

Conveniunt Ambo authores, Operationem partus Naturalis, egere Saepe Saepius auxiliariis Viribus, a parte diaphragmatis pulmonum, Musculorum abdominis ut promptiers partum efficiatur, Sed Videtur Nostro Moderatori, dolores ydiopaticos veri partus esse peracutiores, Sympaticis cruciatibus partium auxiliarium

quanta Sit eruditio domini Schligting et Novitatum in anatomiâ indagatio, non ille primus est qui Veram Matricis Structuram et Causam Motuum primariam, in lucem Edi derit.

Scripta Ruisch anatomica, eadem Vinscelovii, Heisteri Verdierii, Garangeotii, aliorumque famae non minoris, demonstrant longe abhinc annis, musculum in fundo uteri repertum, unde Vis ~~uteri~~ et Motus omnes proficiscuntur: alii loquuntur de fibris muscularibus variae texturae, ambitus varii, quarum auxilio Viscus passive dilatatur et active constringitur.

Denique varie spectant, diverseque curant authores ambo, Convulsiones Mulierum Gravidarum. author Extraneus qui causam huius morbi solet referre, irritationi, succussioni, inflammationi Nervorum, musculorum aut Membranarum: utetur saepissime praeparationibus Opii, Castorei, assaefetidae, Succini, Croci orientalis Kinae Kinae et Missionem Sanguinis videtur praeter mittere. Contra vero Moderator Academiae parisiensis peritus multos abhinc annis in arte obstetricandi observavit, Convulsiones nunquam aut raro evenire gravidis ante sextum aut septimum mensem graviditatis, multoties vero post hoc tempus usque ad partum, sub, et post hanc operationem, Causa, suo iudicio, Convulsionum legitima procedit, a pondere Matricis et Compressionis eiusdem super aortam descendentem et venam cavam ascendentem. quae fortior Compressio, ~~[illegible]~~ iter commodum Sanguini infra descendenti non praestans, fit ut difficilis descensus facili ascensu recuperetur: Constat enim vero, lentiorem Sanguinis Circulationem inferius, ~~augendam~~ Celeritatem et quantitatem per vasa superiora augendam esse: quod si per plures Hebdomadas aut menses, haec Sanguinis auctio et Celeritas itineris, sine liquoris superabundantis missione, sinatur accumulari: ~~non est dubium timendum est~~ Non est fere dubium quin vasa superiora dilatentur ultra modum; quin vis elastica debilior eveniat nimia Sanguinis copiâ, quin imo congeries liquoris in Capillaribus Cerebri, det locum Compressioni. quae Compressio turbat imprimis cursum Spirituum; deinde, ni ad auxilium laesae Naturae

3 feliciter Non veniat Evacuatio per artem sufficiens; Nascuntur Convultiones, quibus letargia succedit. letargiæ et Convultionibus mors fœtus, abortus Matris, et sæpe ~~utrius~~ utriusque obitus. quod ideam moderatoris Nostri vere similem reddit sub modum Circulationis in gravidis sanguiferis et sub inundationem, et Nimiam in iisdem Compressionem Cerebri; sunt signa Convultiones præcedentia. dolet imprimis Capite, dolor gravatus functiones animi debilitat, in corpore famem minuit, somnum provocat, ruborem vultus auget, Visus turbatur, scintillæ que ignis aut puncti Nigri videntur saltare in oculis. si paribus signis sub finem graviditatis sis monitus; in culpam incides, si promptis evacuationibus et abundante sanguinis mittione, minantem proxime Convultionem non paras. alio modo, quod timere et parare debuisses, evenit et Mulier in periculum incedit superius dictum, presertim si sanguinea, si vivis agitata passionibus, si gravida ultra modum si pluribus onerata fetibus, aut Hydropsi sit per pondus, et per difficilem limphæ, seri et sanguinis recursum ex inferiore ad superiorem partem

Sane indicans Moderator Noster de Convultionibus in gravidis, quæ Nec passiones Hysterici Nec Epilepticus Morbus Nec spasmus denominari debent, rapide currit ad phlebotomiam, bis, ter, quater et amplius repetitam, minori duodecim Horarum spatio si necesse sit. in quo casu effusio sanguinis abundans, convultiones non minuit erit, non retardat, non ~~[illegible]~~ abstulerit; author ad Causam primariam recurrit, scilicet ad sublevandam aortæ inferioris Compressionem provocando partum et eum exequendo; modo Natura viam inceperit, et orificium uteri sufficienter dilataverit, ut duo vel tres digiti imprimis, paulatim que Manus, dilatando gradatim, intro uterum duci possit. si rei ~~[illegible]~~ propositæ succedat eventus, quod non est mirum in eo casu presertim post abundantem

Sanguinis evacuationem et debilem orificii resistentiam, et si fetus vivus aut Mortuus foras ejiciatur, verissimile est et experientia probat, Compressionem aortæ descendentis [redacted] partu sublevatam, cursum faciliorem inferius præbere sanguini, eius impetum moderare superius et quantitatem déviare. reddita igitur æqualitas Circulationis et debita tranquillitas totæ œconomiæ, paulatim cerebrum et membranæ circumstantes, inundatione et nimia compressione se emerguntt et solvuntur:, Nervi recipiunt et ducunt gradu regulari spiritus Animales, convulsio Minuitur, paroxismi retardantur, evenit tandem abolitio Morbi, modo non, aut tardius, prædicta auxilia dentur, et sanguinis extravasationi in cerebro lapsus temporis non præbuerit locum

animadvertimus dominum Schlegting suspicari Nos indifferentia sub theoriam et praxim observationum suarum, si silentium in opus perse utilissimum observassemus, et authorem, ingenii, laboris attiduæ, famæ que venerabilem, eodem modo, quo nos ipsos, in Comitiis familiaribus tractamus, socium amantissimum non tractavissemus.